



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

36. Si quis aliquis servo suo aut gasindo aliquid concedere voluerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

gulis debeat procurare; peculiare conceſſo quod habes aut elaborare potueris, aut ſi conuenit defenſionem Eccleſiae illius, & vitam ſemper ducas ingenuam. Si quis verò.

Evacuatoria.

XXXV. Domino fratri illo. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos, aut ante anno, ſolidos noſtri numero tantos ad beneficium accepisti, & cautionem nobis pro hoc emiſſi, ut iſpos ſolidos tunc nobis reddere deberes. quod & ita feciſti. Sed dum illa cauſione quod nobis emiſſeras ad praefens non invenimus, ideo tibi hanc epiftolam evacuatoriam fecimus, ut de iſpis ſolidis tamquam omni tempore ducetus & abſolutus reſideas; & iſi cauſio apparuerit, vel à nobis aut heredibus noſtri quoque tem- pore oſtenſa fuerit, nullum fortiaſtū eſſe, fed vacua & inanis permaneat.

Si aliquis ſervo vel gaſtido ſuo aliiquid concedere voluerit.

XXXVI. Iuſtissimiſ noſtri ſublevantur muneribus qui nobis fideliter & inſtan- ter famulantur officio. Ego in Dei nomi- ne ille fideli noſtro illo. Pro reſpectu fidei & ſervitij tui, quam circa nos impendere non deſiſti, promptiſima voluntate ce- dimus tibi à die praefente locello nuncu- pantē illo, aut manſo illo in traſtermi noſtra illa cum omni adjacencia ad iſo locello aut manſello aſpiciente, terris, domibus, mancipliis, vinciis, pratella, fil- vola, vel reliquo beneficio ibidem aſpi- cientibus, ita ut ab hac die iſpo jure pro- prietario, ſi ita conuenit, aut ſub redi- tū terra in tua revoces poſteſtate, & nulla functione aut redi- tū terra vel paſcuario aut agrario, carropera, aut quocunq; dici poſteſt, exinde ſolvere nec tu nec tua poſteritas nobis nec heredibus noſtri nec cuicunque poſt nos iſpa villa poſſederit, non debeat, niſi tantum ſi ita vult riga, fed iſum omnibus diebus vitæ tuae aut he- rediſ tui emuniter debeat poſſidere, vel quicquid exinde facere volueritis liberam habeatis poſteſtatem. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, aliquis de he- redibus noſtri, vel cuicunque contra hanc cauſionem noſtrā agere aut iſam rem tibi auferre conaverit, inferat tibi cum cogente iſiſco auri tantum & haec epiftola firma permaneat, ſtipulatione ſubnixa.

Gefla juxta conſuetudinem Romanorum, qua- liter donationes vel teſtamenta allegentur.
XXXVII. Anno illo, regnante Dom-

noſtro Rege illo, ſub die illo, in ci- vitate illa, adiante viro illo laudabile de- fenſore & omni curam illius civitatis, vir magnificus ille proſecutor dixit: Petro, optime defenſor, vobisque laudabiles cu- riales atque municipes, ut mihi codices pu- blicos patere jubeatis, quādam enim in manibus habeo qua gestorum cupio alle- gatione roborari. Defenſor & curiales di- xerunt: Patent tibi codices publici. Pro- fequere quod optas, dicere non moreris. Vir magnificus proſecutor ille dixit: Ve- nerabilis vir aut inluſter vir ille per char- tam mandati ſui mihi injunxit ut illam do- nationem teſtamenti aut cauſionem quam ad baſilica ad loco sancto illo aut inluſtri viro illo ad praefens aut poſt diſceſſum de- legavit, in vice ſua, ut moſ eſt, geſtis municipalibus iſam donationem debeat allegare. Vir honestus defenſor dixit illi: Mandatum quod in te conſcriptum habe- re dicis nobis oſtende, vel in praefente re- citare. Et ille proſecutor hoc modo reci- tavit.

Textum mandatum.

XXXVIII. Domino magnifico fra- tri illo ille. Petro & ſupplico caritati tuae ut in vicem meam epiftolam donationis aut teſtamenti ſeu cauſionis quod de rebus meis illis ad baſilica illa pro anima mea reme- dium aut inluſtris viri illius poſt diſceſſum meum vel ad praefens delegavi, in ciuitate illa publicè profequere & geſtis municipali- bus, ut moſ eſt, eam debeat allegare. Propterea tibi hunc mandatum conſcrip- simus, ut ſicut ſuperius continentur, tali- ter profequere & firmare debeat, & quic- quid exinde egeris geſterifve, ratum & deſi- nitum apud nos in omnibus eſſe cognoscas. Faſtum mandatum tunc, ibi, anno illo.

Poſt recitationem mandati, vir hone- ſtus ille defenſor dixit: Mandatum qui- dem recitatum eſt, ſed ſupraſcripta dona- tionē, teſtamentum, aut cauſionē, quam prae manibus habere dicis, nobis praetenti- bus recitetur, & ut poſtulas geſtis publi- cis firmetur, quam verò donationem ille profeſſor recitavit. Poſt recitationem ve- rō vir laudabilis ille defenſor & curiales di- xerunt: Epiftola qui recitata eſt, geſtis publicis inſeratur, & quod ille proſecutor vellit & petat, geſta ei publicè datur. Ille proſecutor dixit: Sufficit mihi, bone de- fenſor, ut donatio que recitata eſt, ſi mihi geſta tradere jubeatis. Ille defenſor dixit: Et quia epiftola donationis aut cau- ſionis ſeu teſtamenti & mandatum in te

D d iij